



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

De ordine domestico. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

44 Sub finem studiorum cuiusque, suarum esse partium Rector intelligat auditis Consultoribus, Prouincialem de vniuscuiusq. talento admonere; & quantum singuli profecerint referre, & num aliqui ad sacros ordines promouendi sint, aut in Confessarios, aut Concionatores, aut Lectores eligendi, proponere.

p.4. c.9. §.3.
De cuiusque
talentis pro-
uincialem ad-
moneat.
Ibid.c.6.lit.C
&c.8. §.2.
p.7. c.4. §.5.

De ordine domestico.

C A P. V.

45 **Q**uotidie post orationem matutinam fiat sacrum, cui intersint omnes, qui sacerdotes non sunt; nisi aliquibus propter peculiare causas aliud tempus ad sacrum audiendum concessum sit.

Sacrum quo-
tidie audien-
dum.

46 Quando nostri ad sacram communionem accessuri sunt, praesertim diebus Dominicis, curet, ut in Ecclesia (si commode fieri potest) id faciant, separati tamen ab externis, quantum locus feret.

In ex. c.4. §.
25. & p.3. c. 8.
§. 11.
In eccl. com-
municandum.

47 Tempore orationi, & reliquis exercitijs assignato sit aliquis, qui obseruet, num omnes ijs vacent: quod etiam Minister, & ipsemet Rector aliquando faciat.

In oratione &
examine visi-
tandum.

48 Syndicum domi constituat, vbi Ministri, aut Subministri opera ad id non videntur, cuius officium erit obseruare in omni-

p.3. c. 1. §. 16.
& p.4. c. 10. §.
7.
Syndici offi-
cium.

Ibid. c. 17. §. 7
 bus, quod ad honestatem, & decentiam externam pertinet; Ecclesiam, & domum in locis publicis perlustrando, & si quid, quod non conueniat, annotauerit, Superiori referendo. Præter hunc alios particulares Syndicos in classibus singulis habeat, qui, quantum fieri poterit, ex prudentioribus, & maturioribus deligantur.

p. 3. c. 2. §. 4.
 Corporalis exercitatio.

49 Omnes, præter illos, quos ipse iudicauerit excipiendos, horæ quadrantem ante prandium, vel cœnam, corporis exercitatio ni tribuant.

Qua hora ad cœnam, & cubitum eundem.
 p. 3. c. 2. lit. E.

50 Aposteriore prandij signo ad cœnam octo vt minimum, horæ intersint: aliquid vero amplius vsque ad refectiunculam vespertinam diebus Veneris, & ieiuniorum, iuxta morem regionis: à tempore autem quo nostri cubitum receperunt vsque ad signum, quo excitantur, septem.

Can. 6. cong.
 1. Benedictio mensæ, & gratiarum actio.

51 Benedictio, & gratiarum actio in Refectorio iuxta vsum breuiarij Romani in prima mensa fiant: in secunda vero, & priuata, retineri possunt antiqua benedictio, & gratiarum actio, quæ à singulis submisse, & stando fieri debent.

Can 30. cõg.
 1. Ordo in ea seruandus.

52 In mensa Sacerdotes præcedant alios ad eum gradum non promotos; sed nec inter Sacerdotes, nec inter eos, qui Sacerdotes non sunt, vllus ordo constituatur.

Adsit primæ mensæ Minister.

53 Si aliqua de causa Rector primæ mensæ

fa

ſæ adefſe non poterit, curet, vt Miniſter adſit.

54 Dominicis diebus, & feſtis, ſi commode fieri poteſt, & alijs etiam, ſi Superiori videatur, ſint aliqui pro multitudine Scholarium à Superiore delecti, qui inter cœnandum pro lectione concionem habeant, quibus ad ſe parandum bidui fere ſpatium pro Superioris arbitrio dandum erit.

P. 3. c. 1. §. 5.
& 21. & in
Exa. c. 4. §. 25.
Quando concionandum in Refectorio.
Decr. 75. §. 6.
7. Cong.

55 A prandio & à cœna hora vna, diebus autem Veneris poſt collationem vespertinam dimidia recreationi religioſe impendatur, idque in vno loco, ſi commode fieri poterit: ſed neque extra huiusmodi horas labores nimium continuari, ſine aliqua conuenienti relaxatione, ſinat.

P. 3. c. 2. lit. D
Horæ recreationis.

56 Scholaſtici omnes, vbi aliqua fuerit eorum copia, pro more Societatis (niſi quis eximendus videretur) diebus ſaltem Dominicis ad finem recreationis poſt prandium in tonis, ſeu ratione concionandi exerçantur, de ijs crebro tractantes, quæ ad ſui abnegationem, & in virtutibus profectum, & fraternam caritatem ſpectant. Vtilitas autem maior erit ſi quadrante horę circiter præmoneantur, qui tonos facturi ſunt, themate illis aſſignato.

Toni quando faciendi.
P. 3. c. 2. §. 21.

Decr. 73. §. 6.
Cong. 7.
Ex Inſtruct.
pro Concion.